

Pinna marina. Meer-Sceck. Muschlen.

Sunt Concha marina, æquivalens, æquilatæ, vel quasi æquilatæ oblongæ in una extremitate conii instar quadrati acuminata, in altera vero sicuti flabellum quoddam dilatata: sine umbone, quem tamen anguli in medio conii sibi præterierunt: Testa valvarum in acuminè conii quadrati instar formata, longè solidiores, et crassiores sunt, quam in reliquis partibus, quæ internè valvæ subditâ subfistat sunt, quæ testâ lubrica statim ab acuminè una cum Concha ipsâ sensim dilatatur, et paulatim attenuatur, donec tandem evanescat, ac in substantiam valvæ omnimodè dissolvatur. In principio prope acuminè conii albescit, et nitorem margaritarum præterfert, qui postea circa medium valvæ priorius delinit, et in nigrorem convertitur, quæ, ipsa delinente. Carnis internè in suis acuminè pluribus ligamentis transversis novem vel decem nigrescentibus dividitur, quorum quodlibet postea ex uno latere prope extremitatem valvæ in fibrarum abita, quæ fibræ omnes postea simul unitæ secundum marginem valvæ elongatæ aliud ligamentum marginale dictum etiam figuram constituunt, et prope invicem versus interiorem valvæ partem partem in byssum mutantur, partem alterius præparatur, donec tandem circa omnimodam testâ subditâ evanescant, illud quæ, totaliter in substantiam valvæ convertitur. Flores Authores et quidam calèberrimi volunt, quod bysso hæc marina extra concham inter valvas elapsâ Pinnam adiacentibus quilibet marinis alligat, et affigat, ut eò firmius fluctibus marinis resistere queat: ego autem suspicor, illud potius institutum esse, ut impediatur, ne Concha omnimodè claudatur, et sic contentum animal suo debito nutrimento defraudetur, imò probabile est, quod illud mediante tali bysso ad se trahatur, et recipiat. Præter delirip-tam hanc, ligamenta incipit aliud in medio Conchæ statim sub ipso angulo conii situm, et duobus digitis transversis ab huiusmodi delirip-tis transversis ligamentis distans, quæ angulus magis firmetur, et simul impeditur, ut eo minus ab allidentibus fluctibus aquæ comprimitur: hæc propagatur quævis, ad finem testæ subditæ, à qua sine dubio principium suum sumit, et majori ex parte suppeditatur. De reliquo Pinna internè et externè est luridi rufescentis coloris, internè lævis, vel levè limæ striata; externè verò sensibilibus striata observatur, striis statim ab acuminè incipientibus, et quidem quasi ramosis, ac planis, quæ insuper eò planiores sunt, quæ magis una cum ipsâ dilatantur, donec tandem in tenuissimos inbrices squamularum instar eminentes, vel tubulos non exacte claudos desinant. Plurimum Obsecurarum species pinnae adherent cum sua foetura minima tenuissima tubercula referentia, quæ in margine valvarum sita non minus impediunt, ne pinna claudatur, ac ipsi cancelli in earum cavitate frequentissime obviæ; interim cum Pinna, quæ magis dilatatur, eò tenuiores sunt versus suam extremitatem flabelliformem, mirum non est, quod tandem tam subtilis et fragilis fiat, ut vix una è mari integra expectanda sit, quando in peregrinas regiones transmittitur, nisi cum summa diligentia et cura in Scleris custodiatur.

Pinna marina extremitate flabelliformi subrotundata.

Pinna marina extremitate flabelliformi subrotundata minor lævis sulcata cum bysso extra valvas pendente. Pinna parva. Rond. 83. Klein. Meer. Muschlen. Gef. 138.

Pinna marina extremitate flabelliformi subrotundata minor striata. Perna. Rond. 82. Line art. der flennen Meer. Muschlen. Gef. 138.

